

Q 241

Handwritten text on a red and white striped background, possibly a title or page number, partially obscured by the binding.



Q. D. B. V.

EXERCITATIO PHILOSOPHICA
DE

MORTE IN UNDIS,

contra Servium & Synesium,

Quam
Inclytæ Facultatis Philosophicæ
in Almâ Philurcâ

permissu & Authoritate

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

M. JACOBI THOMASII,

Eloquent. Prof. Publ. & Minoris Principum
Collegiati,

DNI. PRÆCEPTORIS atque PATRONI
sui omni observantiæ cultu plurimum
devenerandi,

*Publicæ Eruditorum disquisitioni
exponit,*

Die 14. Augusti ANNO Epochæ Christianæ
M. DC. LXVII.

SIMON CORFINIUS, Hamburgensis.

H. L. Q. C.

L I P S I Æ,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

Jl Caspian. Jun.



Vide de hac materiâ Pauli Aynghi Roman Subterraneam tom 1.
v. l. c. 6. p. 22. Guther. de iure mariu l. l. c. 9.



Juvante Triuno!

THESIS I.



Nter violentæ mortis genera submersio *Mors in undis*
est in aquis. Hanc multi, qui cum deliberandi spacio mori decrevissent, ultro elegerunt, ut minus invisam sibi. Vicissim plenæ sunt historia aliorum exemplis, qui periclitantes in undis enixissime hanc necem præcruentâ vel aliis violentis deprecarentur.

§. 2. Nimirum ubi duæ res inter se comparantur, sæpissime fit, ut utramq; hinc opportunitates commendent quædam, illinc premant incommoda. Hinc evenit, ut pro cupiditatum varietate in contrarias partes abeant humana desideria.

§. 3. Ex hoc argumento, quod satis uberem scribendi materiam præbere potest, quæstionem historicam excerpere propositum est. *cur gravis sit, sententia Servii & Synesii.*
Causam, cur *undis mergi* grave habitum homini fuerit, Servius a) & Synesius b) hæc allegant, quia sic non corpori tantum, sed ipsi animæ sit moriendum. Uterque ad Homerum provocat: Servius etiam ad rationem, quoniam ignea sit anima. Nos in alia omnia eundem putamus.

a) ad 1. Æn. Virg. v. 97.

b) Epist. 4.

§. 4. Certum est, animam nostram nec aquis nec ullo mortis genere perimi. Certum quoq; gentiliu meos, qui cum Epicuro corporibus ipsam superstitem negaverunt, in mari eam non minus, quam in aliis elementis deleri credidisse. Sed neutrum venit in controversiam præsentem. Id quæritur: *an ex ethnicis illi, quibus immortalitas animæ persuasa fuit, aliis eam casibus invictam, aquis succumbere sint arbitrati?* *Status controversia.* Quod ne quidem positâ ejus igneâ substantiâ necessariam habet sequelam. *An item, qui apud Homerum, aliosve scriptores indignantur huic leto, causatione istâ usi fuerint? denique an scriptores ipsi sensum ejusmodi præ se tulerint?*

A 2

§. 5. Equi-

§. 5. Equidem fuerunt, qui jam ante nos Servio hic & Synesio absentirent c). Sed quia contradixerunt potius, quam argumentis eorum responderunt: non sumus peccaturi, si quo illi se onere levare, id jam in nos recipiamus; praesertim cum nec desint, qui vel naniam veterem repetant, vel novis insuper pigmentis, quae simul abradere studebimus, colorent d).

c) Nascimbæn, ad I. Aen. v. 101. f. 59. 60. Jac. Pontanus ad Ovid. l. trist. 2. f. 63. Giphanius Schol. in p. 128. Odyss. d. Lipsius III. Phys. Stoic. II. p. 139; qui tamen Servii rationem non æquè spernere videtur, infra §. 18. d) Servianum hoc, ait Cerda in I. Aen. f. 23. plausibile est doctis, praesertim Nannio (VII. Miscell. 2. cujus serè sua facit Taubm. p. 326. 327. ad Culicem Virg.) Germano (Valenti, ut opinor, qui in Virgilium scripsit,) Delrio (comment. in Seneca Agam. p. 500. 501.) aliis, (& in his ipsi Cerda.) E. Synesio Bersmanus Virgilium interpretatur I. Aen. p. 153. k. & Ovidium l. Trist. p. 301. a. Barthius Guil. Britonem p. 401. ad eum: De Petavio & Bodino, (cujus locum commodè suggesit nobis conjunctiss. Collega Valentinus Alberti,) dicemus §. 13. t. u. de Merula, Amerpachio & Farnabio §. 16. d.

p. 119. a. 1. edit. in t.

Causa vera §. 6. Facilius autem procedet hoc nobis negotium, si veras causas, ob quas in undis exspirare molesta res visa fuit, antè cognoscamus. Sic enim in locos plerosq; ducemur, quos obtortis collis aliò traxit infelix interpretatio.

Prima; §. 7. Tres omninò tales sunt causæ. *Prima fortibus bello viris propria.* Quibus cum pulcherrimum videatur inter experimenta virtutis in acie oppetere maximis post hujusmodi mortem honoribus afficiendos, non mirum si inter ignavas & inglorias mortes hæc etiam, quæ solet naufragos excipere, sordeat. Nam & ipse Aristoteles hanc moriendi fortem dedignari, characterem facit viri fortis e).

Y. 3. 4. c. 44.

Sic ap. Tac. 1. 70. s. haud n. e) III. Nic. 6. Plura in hanc rem interpretes ejus suggerent, Gifan. p. miserabilis p. 213. Magir. p. 262. Balfour. p. 169. Quibus adde Hornej. III. Phil. mor. 5. n. 4. p. 366. & Cerdam ad I. Aen. p. 23. qui Nazianzeni quædam verba huc aptat.

Secunda §. 8. Tales apud Homerum sunt alibi Achilles f), alibi Ulysses g). Quorum uterq; submersioni, (quam tamen effugerunt postea,) prolixius optat ad Trojam potius occubuisse cum gloria: Achilles etiam illam in aquis mortem, ut subulco dignam, infamat.

f) Iliad. φ. v. 279. Ως μὲν ὄφελ' ἔκταρ κλέιναι, ὅς ἐνθάδε τίτρωφ' ἕρις τῶν καὶ ἀγαθὸν ἰδρ' ἔσται, ἀγαθὸς δὲ κεν ἐξενέριξε. Νῦν δὲ με ΔΕΥΓΑΛΕΪΩ Δανάω εἴμαρτο κλέιναι, (hunc versum lit. seq. habebis & in Ulyssis querela,)

rela,) Ερχθέντ' ἐν μεγάλῃ ποσει μὲν ὡς παῖδά σφαιροβότ, ὄντα τ' ἐναυλῶ δ' ἄπειρα
 χειμῶνι περὶντα. Quem ad locum Eustathius inter alia f. 1236. 1237. φασὶ δὲ ἐν
 παλαιῶν, καὶ ὡς καλῶς λυτῶ τὸν ἥρμα τὸ θανεῖν ἀγεγνῶς. καὶ γὰρ καὶ λεονίδας ἰ
 λακωντὴν χεῖρα βλήθεις ἀδύρεθ, ὅτι μὴ ἔχον χεῖρα τελευταῖα. Quod hic de Leoni-
 de interpretes, idem ferè de Callierate narrat Herodot. lib. IX. c. 71. f. 540.
 g) Odys. s. v. 306. Τεῖς μάλιστα Δαναοὶ καὶ τετρακίς, οἱ τότε δ' ἄλλοι Τροίην ἐν
 εὐρείῃ, χάριν Ἀτρεΐδῃσι φέρουτες. Ὡς δ' ἔγωγ' ὄφελον θανεῖν καὶ πότμος ἐπισπείν
 Ἡΐατι τῶ, ὅτε μοι τῶν ἡρώων χαλκεία σάκος Τρῶες ἐπέριψαν ἑσὶ Πηλεΐωνι θανόντι,
 τῶ κ' ἔλαχον κτερέων, κίχμου κλέθ' ἦγον Ἀχαιοί. Νῦν δέ με ΛΕΥΓΑ ΛΕΩ θανόν-
 τω ἔμαρτο ἀλάνει.

§. 9. Tales in eodem periculo juxta Homericum exemplar ex-
 pressi Aeneas & Hippomedon. Quorum ille apud Virgilium h) ta-
 lia voce refert: O tέρq, quaterq, beati, Quis ante ora patrum Troja
 sub mœnibus altis Contigit oppetere! Hic apud Papinium i) excla-
 mat: Fluvione (pudet!) Mars inclyte merges Hanc animam k) ? Se-
 gnésne lacus & stagna subibo Ceupecoris custos subiti torrentis iniquis
 Interceptus aquis? adœne occumbere ferro Non merui?

h) l. Aen. v. 98. Ubi Donatus ad v. 98. Cruciabat animum viri fortis, qvè
 optabat potius gloriôsè in campo occumbere, quàm in fluctibus ignobiliter inte-
 rire. Rectè, Nec aliter sensum Poëtæ explicant Nascimbænius & Lamb.
 Hortensius f. m. 59. 61. Seb. Regulus Brasichellensis p. 137. Jac. Pontanus
 f. 667. Quorum commentarii hoc argumentum egregiè illustrant. i) IX.
 Theb. v. 506. ubi vide Barth. p. 1017. & Cerd. ad I. Aen. f. 24. k) confi-
 derabitur hoc §. 34. e.

§. 10. Ex hac causâ mortem in undis Pedito Albinovanus l) iner-
 tia fata, Seneca Tragædus m) ignava fata & pudendam mortem, Va-
 lerius Flaccus n) segne letum vocat.

l) apud Senec. Rhetorem svas. I. sub fin. Benè hoc explicat sensu no-
 stro Cerd. ad I. Aen. f. 24. & similes aliorum autorum locos cumulat. m) f)
 Agamemnone v. 410. Nobiscum iterum hic facit Cerd. d. l. & Jac. Pontan.
 ad Ovid. Trist. f. 63. n) l. Argon. v. 633.

§. 11. Etiam Saxo Grammaticus o) huc respicere videtur, cum
 ignobile fatum appellat piratarum, qui jamjam capiendi vivi, aliis
 hostem expectantibus, in undas desilire, quàm quid de se statuere-
 tur, opperiri maluerunt. Sed nolim ego tamen ex hoc hominum
 genere illos, qui carnificis gladium undis pratulerunt, cum fortibus
 justo bello viris comparare p).

o) lib. XIV. Hist. Dan. f. m. 309. 310. p) Fortes viri malunt cum hos-
 te, quàm cum fluctu manum conferere: quia illic virtus militaris exer-
 cetur, hoc bubulcus quoq; præstet; illic mortem gloria ex virtute sequi-
 tur.

etur, hic nulla tropæorum spes aut similibus ceremoniarum. *Prædones* in aliis consilia partim conscientia sceleris agit, partim pro meriti, cumq; summâ ignomiâ conjuncti supplicii metus. Tale ut effugerent horum nonnulli, consultius putaverunt, (non disputo nunc an rectè,) profundo mergi. Nam & bellatores reporti sunt, qui si hostem vel suspectum haberent crudelitatis, vel indignum à quo caderent, suâ quàm ipsius manu interire præoptarunt. Cæteris, idem ne facerent, fortasse vix aliud quid obstitit, quàm horror, quo animalis natura fugit *ἀβυσσόν*. Ergò his non tam elementum, quod eligebant focii, quàm triste in propriam necem ministerium displicuit. Quod autem eorum capita postea fatum in stipitibus excepit, id credo nec ipse Saxo *nobile* appelleret, nisi eo sensu, quo *nobile scortum* dicimus.

Secunda; §. 12. *Secunda* causa in plebejas etiam cadit animas. Eam juvat à Quillermo Britone *q)* discere, qui narrat, municipes Gornacensis oppidi, cum in eos obsessos Philippus Augustus Galliarum Rex vicinum stagnum immisisset, vitam sub hoste amittere, quàm sub aquâ paluisse, quòd in aère exspirare *mortem naturalem* crederent.

q) lib. VI. Philipp. v. 243. *Dum minus esse malum putat (populus) aut in vincula trudi, aut perimi gladio, quàm vitam perdere fluctu, quam naturaliter deo decet ire sub auras.* Gesta hæc sunt initio seculi XIII.

Tertia; §. 13. Etiam *tertia* causa cuius communis est homini, qui modo suâ interesse putet post obitum in terrâ sepeliri. Quos enim absorbet mare, hi aut piscium pascunt in gluvem, aut, si exspuuntur in terram, facilè tamen & sic relinquuntur *insepulti*. Eam ob rem leti hoc genus Ovidio *r)* miserabile, Vegetio *f)* acerbum, Athenagoræ *s)* qui sic obeunt, *δυσάνατοι* vocantur. Huc & Vedii Pollionis seruum refero, qui piscinæ immergendus optavit, ut aliter periret, *ne effusa fieret* *u)*.

Bardajo
Ag. p. m. 140.
Comedun. in
verbis: Sorrow
interitus.

r) L. Trist. cl. 2. v. 51. *Non letum timeo, genus est miserabile leti: Demite naufragium, mors mihi munus erit. Est aliquid fatore suo, ferrove (sic Pontanus ad h. l. f. 64. legit pro fatoreq; ferroq;) cadentem In solita moriens ponere corpus humo, Et mandare suis aliqua, et sperare sepulchrum, Et non a quoreis piscibus esse cibum.* *s)* IV. de re milit. 44. p. 146. ed. Franc. Modii: *Inter tanta mortium genera, (loquitur de iis que navali prælio certantibus proposita sunt) qui acerbissimus casus est, absumenda piscibus (vel ut Parisina Guidonis Breslei habet editio: absumuntur à piscibus, &) insepulta sunt corpora.* Rectè hunc Vegetii locum adhibet, ut mortem naufragii veteribus invisam doceat, post alios & Lamp. Alardus c. 12. Epiphyll. p. 153. Sed non video cur statim addat alterum Silius Ital. lib. VI. v. 202. *Hunc (Aquinum) medio invadit fluctu, ripeq; relatos (Heu genus infandum leti!) depascitur artus.* Neq; enim Aquinum Poeta narrat in aquis perisse, sed

Insepultorum corporum animas, aut quæ morte violenta perierunt, facilè adhiberi posse ad usum magicarum machinationum tradit Agrippa. Jorseth. Sing. Angel. p. 110. Iudæam fabulam de anima Socratis q; corpus insepultum iacet v. Cass. de lib. Karoli 1us reg. p. 245.

ex aquis, quò salvandæ vitæ causâ natandi peritus confugerat, extractum & voratum fuisse à famoso illo serpente, cuius Gellius VI. 3. & alii meminere, t) de resurr. mort. f. m. 42. *ἔτοι δὲ γε φασί, πολλὰ μὲν σώματα περὶ τῶν ναυαγίων καὶ ποταμῶν δυνάμει τανύχρυσον γενέσθαι τερφῆν.* Callidè Petavius ultima tria verba, quæ causam τῆς δυνάμειος continent, omittit, not. ad Synes. f. 47. rectius facturus, si totum Athenagoræ locum, qui fanè ad Synesium nihil facit, omisisset. Erant, qui resurrectioni opponerent illorum casus, qui piscibus aut aliis animantibus in escam cederent. Huic objectioni respondere vult Athenagoras, de quo & Calixtum vide c. 8. de immortal. anim. th. 24. p. 97. u) Sic disertè Seneca III. de irâ 40. Mentem horum verborum non percepit Lipsius, cum ad ea sic commentaretur p. 109. ESCA) piscibus, qui lento morsu arrodant, aut suffocant. Putavit ideò mortem hanc displicuisse, quia lenta esset, à moriunculis nempe murænarum. Non venerat ipsi in mentem, antequam hominem conficerent pisces, suffocatione moriturum ipsum fuisse. Bodinus autem de industriâ Senecæ historiam corrumpit I. de Rep. 5. f. 36. cum dissimulatis ejus de escâ verbis ait servum ideò genus supplicii deprecatum, ne aquis immersus ad elysios campos nunquam pervaderet. Sic enim ferebatur, inquit, et à plerisq; anima voragine demersa penitus interire credebatur, ut Synesius tradit. Plura in Bodinum animadvertemus §. 22. x.

§. 14. Hæ ergò tres causas sunt à scriptoribus relatæ, cur minùs *Inter se cõ-*
ab hostili ferro, quàm ab undis detrectanda mors fuerit visa. *Una feruntur.*
quia bello cadere gloriosum; *Altera*, quia sic in aërem anima efflatur; *Tertia*, quia sepulturæ spes certior. Eas his quoq; momentis inter se distingvas: *Prima* mortis moralem statum w), *cætera dua* magis naturalem x) intuentur. *Secunda* mortem in se considerat, *Tertia* consequens mortis sepulturam, *prima* utrumq; y). *Prima* mortem etiam ex morbo refugit z), *secunda & tertia* naufragio eam indubiè anteponunt. Qui ex *primâ* causâ renuit aquis mergi, huic nulla mors placeat nisi bellica; qui è *secundâ* vel *tertiâ*, facile præter bellicam nominabit sexcentas alias, quas non fastidiat.

w) Fortitudo enim militaris, quæ versus hostem exeri potest, versus fluctum non potest, inter morales virtutes eximium habet locum. x) Naturalissimum est homini, ut animam cum extremo spiritu in aerem exhalaret (unde putabant antiqui animam à corpore discessuram per os, tanquam januam aliquam exire, Kirchm. I. de fun. 5. p. 40.) mortuus terræ committatur, (juxtâ Gen. 3, 19.) Utrumq; facile sibi promittere possunt, qui in acie dimicant. Nam nec halitui supremo ferrum obstat, & hostium sepultura juris gentium est. (Grot. II. de J. B. 19, 3.) At sub undis nec spiritum recipere licet, nec facilem sperare sepulturam. Quam tamèn vel ideò sibi optabant Gentiles, ne umbræ suæ vagari post mortem, (tange-

mus

Adhuc alia cae addipotaisset: xp. qd credi potest submersis olim non esse resurrexerunt
cui debrati ori occipiam dare pt. foemina q dan judaica ap. R. Abrah tenit.

ij locum vide
ap. Schickardum
in Juse Regio
p. 429. 430.

us hanc superstitionem §. 22, x.) cogerentur. Ergo Romani, quos infes-
pultos vellent, eorum cadavera uncis trahebant in Tiberim, (Kirchm. ap-
pend. de fun. c. 7. p. 716.) Enimvero, si maxime mortuos ad litus ejiciat
mare, desertæ tamen ut plurimum ab hominibus ista sunt arena. Quod si
forte contingat hominem præterire, quotus quisq; ignoti humandi curam
inscipit? nisi forte præmium ferat laboris. Hoc solum propè spei non nihil
nafragis faciebat reliquum. Itaq; solebant alicui membro alligare preti-
um, quod sepultus acciperet, (Taubin. ad Culic. p. m. 325.) Cujus ritus
egregia mentio apud Synesium, ipsâ, quam ad partes postea vocabimus,
epistolâ 4. Equidem fuerunt gentes, quæ suorum funera sic demum ritè se
procurasse crederent, si ea in flumen, in stagnum, in mare præcipitarent,
ut Meroitæ quidam, Nasamones, Ichthyophagi, Lotophagi, Prones,
(Strab. lib. XVII. f. m. 555. Sil. Ital. lib. XIII. v. 480. Gyrard. de sepel.
ritu Tom. 1. op. f. 655. 660.) Sed his profectò non major fuit sepulchrorum
religio, quam Diogeni Cynico, qui projici se jusit inhumatum, (Cic. I.
Tusc. p. 171.) y) Nam & ipsa mors bellica appetitur in actu virtutis, &
sequitur eam pomposa gloria sepulturae. x) Igitur & Aristoteles III. Nic.
6. δάραβν ἐν δαλάτῃ ἢ ἐν ἰόροισι conjungit.

Falsa reji-
citur
Contra ve-
teres:

§. 15. Quarta causa, quia non corpori tantum, sed ipsi anime ab
isto elemento exitium immineat, non à scriptoribus est, sed ab ho-
rum pravis interpretibus. Transmiserunt eam ad nos Servius & Sy-
nesius, quibus ævo recentiore adstipulati sunt alii. Videamus quid
afferant argumentorum.

Servium.

§. 16. Primus ætatis privilegio a) sententiam dicat Servius. Hic
ad Virgilium, ubi constitutum inter procellas Æneam ingemere
scribit b) ita commentatur: INGEMIT; non propter mortem, sequi-
tur enim: ò terq; quaterq; beati c) Sed propter mortis genus. Grave
est enim secundum Homerum perire naufragio, quia anima ignea est,
et extingui videtur in mari, id est elemento contrario, ut: Igneus est
ollis vigor d). Duo urget, auctoritatem Homeri, & rationem philo-
sophicam. Nos à posteriore incipiemus.

a) Servius enim vel paucis ante Augustinum annis scripsit, vel saltem ei
fuit obnoxius, teste Reinesio de ling. Pun. c. 6. n. 3. At Synesium ista scri-
psisse A. C. 410. Petavius ad eum f. 48. evincit. Quo tempore Augusti-
num jam senem annorum 55. fuisse computari potest è Labb. Tom. I. de
script. Eccles. p. 125. b) I. Æn. v. 97. c) supra §. 9. Ita plane legitur in
utraq; Servii editione, unâ Fabricii f. 161. alterâ P. Danielis f. 175. Pauca
verba salvo sensu omittit Venera A. 1534. p. 94. Tacito Servii nomine
hanc ejus glossam Barthol. Merula Ovidiano loco I. Trist. 2. totidem pro-
pè apicibus, eertè sensibus f. m. 417. ille vit, meritis ut ad verbum tran-
scripsisse diceretur Jac. Pontano ib. f. 63. Vitum Amerpachium, & Thomam
Farnabium

Petrarch de Remed. fas. dial. 121. p. 684. Persasum multis scio in mari miserrimum mori, quod adhaerens ardere spiritus vero contrario videat optimi.

Farnabium, cum & ipsi Servio sua eripere vellent, non verbis tantum sed & sensibus aliquid addidisse dicas. Sic enim Amerpachius ad Ovidii d.l.f. m. 548. Loquitur ad eorum philosophorum opinionem, qui putabant animam esse quiddam igneam, aqua vero cum sit plane contrarium, sic efficeret subitam & violentam mortem, atque ob id, ut videtur, miserrimam. Id alicubi & Homerus significat: in alio tamen loco dicit, fame mori esse miserrimum. Farnabius autem ad Senecae Agamemnon. v. 506. p. 162. Maxime detestabantur fortes hoc mortis genus, qui cum animam igneam esse censerent, a quo illam prorsus extingui putabant. Satis habet Servius monuisse, animam eo, quod ignea sit, undis extingui. Addit Amerpachius, mortem eam, ut subitam & violentam, refugi, (quasi hoc idem de violentis aliis pluribus dici non possit,) Farnabius hoc videtur velle, solis fortibus animam suam igneam censeri. (Nempe suam reliqui foeneam putant, aut aqveam!)

§. 17. Ignem substantiam habitam a quibusdam Gentilibus, ut Democrito, Zenone, aliis e) fuisse animam nostram, sane verum est. Sed ut ipsum ignem Philosophi celebriores caelestem, qualis siderum, ab elementari distinguunt, ut aeternum a caduco: sic animam Zenocum Stoicis suis, saltem melioribus f), quia caelestis radii scintillam fecit, hoc ipso aquarum injuria exemptam censuit g). Democritus autem, aut quicumque naturam elementarem animae dedit, non magis illi naufragium, quam aliud mortis quodcumque genus internecinum esse credidit h). Id quod Servium nihil juvat, quippe qui nobiscum in proprium naufragio vitium inquirat i).

e) De Democrito testes praeter Plutarchum IV. de Plac. 3. sunt Hermias *διεστυγών*, & Memes. c. 2. *πυρὸς φῶς*. & d. g. uterque non longe ab initio. De Zenone Cicero I. Tusc. p. 152. *Zenoni Stoico anima ignis videtur*. Eandem Hipparcho sententiam tribuit Macrobius I. in som. Scip. 14. p. 72. *Heraclit. Piccol. c. 14. de plac. Philos. (p. 112. Phys.) & Fromond. l. de an. 1. art. 1. p. 2. f)* Nam & e) Porricu fuerunt, qui animis immortalitatem adimerent, de quibus §. 19. g) Stoicis e) caelo & aethere animum advenire Lipsius docet III. Phys. Stoic. diss. 8. ipsum itaque aethereum ignem esse, diss. 9. duraturum usque ad universi conflagrationem, diss. 11. p. 138. ubi quidem satis nobis est, quod animas corporibus superstites esse docuerint, & eos pyrosi demum, non etiam cataclysmo, quae minor mors mundi vocatur Lipsio II. 22. p. 107. interimi. Sequitur autem hac aeternitas istis philosophis ex hypothesis, quod anima naturam suam igni debeat, non elementari, sed caelesti. Clare Quintil. decl. 10. p. m. 164. 165. *animam flammae mei vigoris impetum perennitatemque non ex nostro igni sumentem, sed quo sidera volant, & quo sacri torquentur axes, inde venire, unde rerum omnium autorem parentemque spiritum ducimus, nec interire, nec solvi, nec ullo mortalitatis affici fato.* Ergo nec aquas credebant huic igni mortiferas. Quid?

B

salutas



salutares fortasse potius. Certè Solem & Lunam Stoici pasci volebant
 marinis & fluvialibus aquis. Vid. Lips. II. Phys. Stoic. diss. 14. p. 88. qui
 & p. 89. Homerum, duce Macrobio (cui per nos §. 32, x. Heraclides Pon-
 ticus accedet,) huc trahit. Conf. quæ de animabus humido gaudentibus
 differit Porphyr. de antr. nymph. p. 257. Etiam hoc adde, quòd à Stoicis
 igni, ut primo calido, non aqua, sed aer, ut primum frigidum opponitur,
 de quo iterum Lips. II. Phys. Stoic. 15. b) Democritus immortalitatem
 animæ negavit. Plut. IV. de plac. 7. Δημόκριτος, Επίκουρος, Φθαγήν, τῶν
 σώματι συνδιαφθαρτέων. Lactantius III. 17. Hanc Epicuri persuasionem
 (cum corpore interire animam,) sive illa Democriti sive Dicaarchi fuit,
 redarguam. i) respice ad ea, quæ de Epicuro cavebamus §. 4.

§. 18. Inquies, fuisse tamen saltem quosdam Stoicos, qui animas
 crederent extingvi, si pondere aut mole magnâ, (puta turris aut
 montis) unâ cum corpore obruantur. Scio relatum hoc esse à Lipsio
 k), ad Senecam provocante, & hunc locum à simili fato in aquis per
 ipsa Servii nostri verba illustrante. Sed Seneca l) Stoicos illos, qui-
 bus ipse quidem cordatè refragatur, non ait, existimare, animas ex-
tingvi, sed stargi, (h. e. ad ipsius corporis oppressi modum diduci ac
 distineri,) quia non fuerit illi exitus liber m): quod mox vocat de-
prehendi & intrâ corpus affigi n). Sentiebant ergò istî, animam ta-
 li ruinâ non perire quidem, sed intercipi, atq; præpediri, ne possit
 evolare.

k) III. Phys. Stoic. II. p. 159. l) Epist. 57. Affert & Papinium Lipsius
 è lib. VI. v. 882. sed idem de utroq; ferendum iudicium. m) Hinc etiam
 illud interpretor ejusdem Senecæ extremo c. 19. lib. III. de irâ, in Cajum,
 spongiis aut pannis os eorum, quos interfici vellet, occludi jubentem:
Quæ ista severitas est? liceat ultimum spiritum trahere! Da exituræ animæ lo-
cum! liceat illam non per vulnus emittere! Hoc ultimum comma Lipsius in phy-
 siol. obticere non debebat. Vides enim, eos, quorum hîc linguam Seneca
 mutuatur, non vitam animæ hoc in casu, sed exeundi quâ vellet liberta-
 tem abjudicâsse. Ergò & strangulorum: *θάνατος πύργος*, gladio occisorum
καθάρα appellabant, (Dannh. Disp. XII. Decal. in fin.) puta, quia per-
 svasum haberent, strangulatis animam per obscœnum corporis cavum,
 cum per os non possit, egredi. n) Lipsius hîc mavult, effigi. Credo, ut
 exitium animæ designetur. Sed tu nihil muta. In re non absimili Horati-
 us II. Sat. 2. v. 77. *Corpus onustum Hesternis vitis* (an *vinis* legendum? ut
 apud Virgil. Ecl. 6. v. 15. *hesterno Iaccho*, conf. §. 38, x.) *animum quo-*
que pregravat unâ, Atque affligit humo divina particulam aure. Ubi cum
 Lambino p. 133. affligere interpretamur *gravi quodam ictu & impetu ad hu-*
num abjicere.

§. 19. Equidem de duratione animæ humanæ non eadem omni-
 um

*Stoici etiam qui-
 sionem etiam tri-
 bus Vossius et
 Parkerus. v. Tho-
 mas de Plazis
 liber. f. 580.*

Γ. quæ. p. 14.

um fuit Stoicorum sententia. Sed qui perire quasdam aliis salvis dis-
serebant, exitii causam non in elementi frigus aut molem, sed ipsius
animæ vitium conjiciebant o), h. e. ut cum scholis loquamur, *ab in-
tra* corrumpi eas, non *ab extra* sciscebant. *Hoc certum habe*, ait Se-
neca p), *si superstes est corpori, propter hoc illum* (animum) *nullo ge-
nere posse perire, per quod hoc* (corpus) *perit: quoniam nulla immor-
talitas cum exceptione est, nec quicquam noxium æterno est.*

o) Agebant enim, *solas sapientum animas perennare, cæteras τὸν ἰσπερ-
ρον καὶ ἀπερὶθαν* unâ cum corporibus emori. Ergo secundum hos animas
mortales ab immortalibus distinguebat *insipientia*, quo nomine & morale
vitium comprehendebant. Sic sentiebat Chrysippus. Aliter Panætius &
Cleanthes, quorum ille sine discrimine omnes mori, hic usq; ad Epyrosin
omnes durare agebat. Habes ita Stoicorum tres sententias. De Chryssi-
po & Cleanthe Lipsium vide III. Phys. Stoic. II. de Panætio Ciceronem
I. Tusc. p. 165. p) verbis finalibus ipsius Epistolæ 57. in quibus lectionem
Lipsii secuti sumus.

§. 20. Age verò, ponamus fuisse, qui flammæ huic cæteroq;vi
perennaturæ exitialem ponerent sive montis ruinam, sive vim flu-
ctuum: probandum est Servio, si glossam tueri suam velit, sic Virgi-
lium sensisse. Quod profectò versus, quos Æneæ dat libro primo,
ad eò non efficiant, ut nihil minus.

§. 21. Neq; hemistichion illud è sexto Æneidos q) attractum:
Ignæus est ollis vigor, Servio proderit. Sequitur enim: *Et cælestis ori-
go*; præcesserat: *Principiò cælum ac terras camposq; liquentes, Lucen-
temq; globum lune, titaniaq; astra Spiritus intus alit r)*: ut intelliga-
mus, Virgilium animas à *cælesti*, h. e. æterno s) igne ac divino t) tra-
ducere, qui *campos* etiam *liquentes*, h. e. mare alat, tantum abest ut
ab eo tanquam contrario sibi elemento præfocetur.

q) v. 730. quem locum Servius ipse f. 258. 259. ed. Fabric. tractans, ex
Poetæ mente multa de animæ immortalitate differit, de excepto naufragii
casu nihil. r) v. 724. s) III. Æn. v. 154. *Vos æterni ignes.* t) simile enim
illud IV. Georg. v. 221. *Deum namq;ve ire per omnes Terrasq;ve tractusq;
maris.*

§. 22. Ut omnis dematur scrupulus, ipso, quem diximus, libro
sexto u) Leucaspis & Orontes, quos Auster unâ cum navibus aquæ
involverat, apparent Æneæ, quorum animæ videlicet, quoniam
nondum essent sepulti x), vagabantur. Quem ad locum Servius an-
notans, Æneam quoq; in flumine Numico periisse, statimq; Juvena-
lem

lem y), qui aquis eum ad fidem missum testatur, advocans z) nescio satisne memor eorum fuerit, quæ ipse ad primum Æneidos excidere sibi erat passus.

u) v. 338. & seqq. x) Creditum est, insepultos non ante ad inferos redigi, quam iusta perceperint, secundum Homericum Patroclum, Tertull. de anim. f. m. 686. Adde Jac. Pont. f. 1426. & Cerdam. f. 658. ad VI. Æn. Sequitur apud Virgilium v. 337. de Palinuro, qui & ipse insepultus Æneam rogat, ut vel terram injiciat tibi, vel se unâ trans paludem Stygiam vehat. Sed hoc postea negat illi dux Æneas Sibylla v. 374. *Tu Stygias inhumatus aquas, amremq; severam Eumenidum aspicias, ripamve injussus abibis?* Bodinus I. de Rep. s. f. 36. in marg. citat hos versus, ad probandum, aquis immerfos non pervadere, ut ipse loquitur, *ad Elysios campos, & animas voragine demersus penitus interire*, (suprà S. 13, u.) Frustrâ. Nec enim Palinurus, licet è puppi excussus in mare, vitam ibi finierat, sed in littore demùm, ab accolis interfectus, ut narrat Virgilius v. 361. neq; Sibylla, cur Eumenidum amnem aspiceret ipsi non fas foret, genus mortis causatur, sed quia esset *inhumatus*: ac præterea longè aliud est, animam perire, aliud post mortem corporis ultra Stygias aquas detineri, y) Sat XI. v. 63. x) Equidem nec in editione Servii Venetâ A. 1534. p. 199. nec in Parisinâ A. 1600. P. Danielis f. 418. hæc habentur. Habentur tamen in Basil. Fabricii A. 1551. f. 519.

S. 23. Hæc de natione, cui simul Virgiliti testimonium implicuerat Servius. Nunc de Homero, quod superest, exequamur. Ubi Servio, nullum Poetæ locum exerte citanti commodè suppetias mittit is, ad quem ordo nunc nos vocat, Synestus a). Narrat ille b), quemadmodum sibi naviganti, cum res ad naufragium spectaret, terrorem incusserit Homericum illud, *mortem in aquis etiam interitum esse ipsius anime*, statimq; verba in hanc rem non una ex utroque poemate profert. Nostrum est singula particulatim excutere.

Synestus
||

a) Igitur ex hoc scriptore lucem Servio infert Nannius VII. Misc. 2. Locus Synestii est Epistolâ, non ut Nannius citat, & cum eo non pauci, sed 4. f. 88. ed. Cornarii, p. 35. ed. Naogeorgi, f. 162. ed. Petavri. Inscripta autem eam Evoptio fratri. b) Græca verba sunt: *Ἐμὲ δὲ ἐν τοῖς δεινοῖς, ὁμοῦν σοὶ θεὸν οἰ φιλοσοφία πρεσβύνει, τὸ ὁμηρικὸν ἔδρατ' ἔκείνο, μὴ ἄρα ἀληθὲς εἴη, τὸν κατ' ὕδατος θάνατον ὀλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς.*

S. 24. Ajacem, inquit c) minorem d), quem unda submerserant, Homerus narrat periisse, (*ἀπωλολένα,*) ut sciamus, mortem in mari exquisitissimum esse interitum. Neq; enim eadem voce mortes aliorum describit, sed hæc phrasi: descendit ad orcum.

c) Græca sunt: *λέγει γὰρ ἐν ὄπ' τῶν ἐπῶν* (Odyss. d. v. 511.) *Ἄϊας δ' ἐξαπέ-*

ἔξαπόλων, (apud Homerum est, quod perinde : ὡς ὁ μὲν εἶδ' ἀπόλων,)
ἐπὶ πῶν ἀλμυρῶν ὕδασι : τὸν ἐν θαλάττῃ θάνατον ἀκριβεστάτην ἀπώλειαν εἶνα
τιθέμενοι. ἕδρα γὺν ἄλλοι ἔξαπολώλειαν φησὶν, ὡς ἔκαστος ἀποθήσκαι ἄ-
ιδός δε βεβήκει, (ut Iliad. χ. v. 362. & alibi passim.) d) Duos Ajaces apud
Homerum habemus, unum Telamonis, alterum Orlei filium. De hoc mi-
nore, qui rex Locrensiū fuit, sermo hic est.

§. 25. Hic non illud afferam, aliter de Ajacis hujus animā sensisse
certē Leonymum Crotoniatam, qui teste Pausaniā, e) dixit eam si-
bi in insulā Leuce apparuisse f) : nego vocem ἀπολώλειαν de solis
naufragis adhiberi ab Homero, cum eandem in eā ipsā narratione
g) & de Agamemnone usurpet, quem Ægisthus per insidias ferro in-
terfecisset h).

e) in Laconicis s. m. 702. ubi Leonymus ἰδὲν μὲν ἔφασκεν Ἀχιλλέα, ἰδὲν
δὲ τὸν Οἰλέως, καὶ τὸν Τελαυῶνος, αἰαίε. f) Regeri enim potest : non
ē Pausania litem hanc, sed Homero decidendam : & exponi Pausaniam
posse juxta eos, qui Ajacem fulmine Palladis percussū scribant, (vid. in
terpretes Virgilio ad I. Æn. v. 48. inter quos Servius f. 154. ait eum cum
anima fulminis flammam evomuisse, & Ovidii in Ibin v. 343.) aut etiam
naufragium evasisse, (quod autoritate Timaei Locri subnixus verius putat
Delr. p. 502. comment. in Senec. Agam.) g) Interrogat ibi Menelaus
v. 489. an quis Græcorum post captam Trojam perierit (ἢ τίς ἄλλος ὄλεσ-
θῆς,) sive in navi, sive in manibus amicorum ? Respondet Proteus v. 496.
duos omninō Duces perisse, (ἐν νόσῳ ἀπόλοιτο.) Horū alterum Ajacem
memoravit versū, quem Synesius urget, alterum Agamemnonem, ipsius
Menelai fratrem, de quo v. 534. τὸν δ' ἐν εἰδότη ὄλεθρον ἀνήγαγε. h) Qua-
rit Synesius mysterium in phrasibus distinctis, αἰδός δε βεβηκέναι, & ἀπο-
λώλειαν. Frustrā, idem utrobique sensus. In eo tantūm discrimen, quod
prior illa statum animæ post mortem designat, in locum suum abeuntis,
hæc corporis in corruptionem incidentis. Quam & vox φθίμενοι de Aja-
ce nostro ab Aristotele in Epitaphis usurpata insinuat, dum Ἀΐαν' Οἰλιάδην
ἐν πελάγεσι φθίμενον memorat. Eandem Homerus tamen ad ipsas animas
tanquam superstites transferre non dubitavit, apud quem νεκῶσι καταφθί-
μείοισιν ἀνάσσειν Odyss. χ. v. 490. est manibus defunctorum imperare.

§. 26. At, inquit Synesius i), in utrāq; Homeri Necyā k), h. e. libro
XI. & XXIV. Odyssæ l) ubi mortuorum anima apparent, minor Ajax
nuppiam introducit, quasi apud inferos ejus anima non esset.

i) Græca sunt : ταῦτ' ἄρα καὶ ἐν δυοῖν νεκῶν ὁ μικρὸς Ἀΐας ἕδαμῃ δεξι-
μαῦς εἰσεήνεκται, ὡς τῆς ψυχῆς ἐκ ἕσσης ἐν ἄδῃ. k) νεκῶσι funera hic intero-
pretatur Cornarius, animarum evocationes Naogeorgus, inferias Petavius.
Ego græcam vocem retinere. l) lui, quod in vertendo Plutarcho videbam
fecisse & Xylandrum lib. de aud. Poet. f. 16. & IX. Symp. f. 740. l) His
duab,

duab. Odyssæ rhapsodiis λ. & ω Neptunum nomen iaditum à veteribus fuisse, docet sub earum initium Eustath. f. 1670. & 1950.

§. 27. Imò verò, inquam ego, introducitur Odyss. XI. m) licet generalibus verbis, in agmine animarum, quarum nomina figillatim exprimere tædium fuisset. Naufragorum enim umbras ab illo consortio nequitiam exclusas voluisse Poetam, ex eo perspicuum est, quòd in utraq; rhapsodiâ n) interrogari facit animas: *num eas Neptunus fortè domuerit?*

m) v. 540. Αἱ δ' ἄλλα ψυχὴν ἰεχὺν κατατρεφείωται ἔσασαν ἀχνύμεναι, εἰς ἃ κήδε' ἐκάσῃ. n) Odyss. λ. v. 397. Ulysses animam Agamemnonis interrogat: τίς νύ σε κήρ ἐδάμασσε πανηγέει θανάτοιο; Ἡέ σε γ' ἐν ἠέσσει ποσειδῶν ἐδάμασσε, ὄρσας ἀργαλέων ἀνέμων ἀμέγαρον αὐτῆν; (qui duo posteriores versûs totidem penè verbis repetuntur Odyss. ω, v. 109.) Respondens Agamemnon v. 405. negat, se à Neptuno domitum fuisse.

§. 28. Pergit Synesius o): *etiam Achillem, fortissimum aliqvin & prorsus impavidum virum ad mortem in aquis exhorruisse, & exitialem (λευγαλέον) eam appellasse.*

o) Græca sunt: καὶ Ἀχιλλεύς ἀνὴρ ἐνψυχότατός τε καὶ φιλοκινδυνότατος ἀποδειλιᾷ πρὸς τὸν ἐν ὕδατι θάνατον, ὄνγε τὴν λευγαλέον καλεῖ.

§. 29. Ita sanè est. Sed causam averfationis ex Homero ipso cognovimus suprâ p) longè diversam ab eâ, quam Synesius ex aere captat. Ringitur Achilles, quòd fortis ipse à forti Hectore non fuerit occisus potius. Ergò quòd maritimâ mortem λευγαλέον cognominat, *exitialem* interpretabimur, non animæ sed corpori, quo pacto perpetuum hoc epitheton fuerit; aut *ignavam* potius, vel *ingloriam*, nam & hanc vocis illius vim esse constat q).

p) §. 8. f. q) De voce λευγαλέει videndus Eustathius ad Odyss. β, v. 61. (ubi λευγαλέει sunt imbelles,) f. 1434. & ε, v. 312. (suprà §. 8, g.) f. 1542. Equo disces, pro etymi diversitate modò *exitialem* eâ notari, à λειγός, exitium, modò *imbellem*, à λέγεσθαι, cubare, dormire. Didymus ad Iliad. φ. v. 281. f. 352. λευγαλέω interpretatur χαλεπῶ, ἀδύξω. Idem sive quis alius ad Odyss. ε, v. 312. f. 63. ἀδύξω, ἢ ἀδυνάτω, ἢ τῶ δὲ ὕδατι. Nannius VII. Misc. 2. Taubm. ad Culic. p. 327. & Alard. epiph. p. 153. mortem λευγαλέου reddunt indignam & perniciosam, quorum hoc Synesio, illud veritati dedisse videntur.

§. 30. Ultimum è Synesio hoc est: *Hæc inquit r), animo volvens video milites, quotquot aderant, gladios extraxisse, ac sciscitatus ab illis audio, meliùs esse, ut animam super tabulato navis in aerem, quàm paulò*

paulò post in fluctus exhalarent. Hos ego sponte factos ac nativos Ho-
meri sectatores arbitrabar, eiq; sententia favebam.

r) Græca sunt: Τύτες ἐλίπλων τῆς λογισμῶν ὁρῶ τῆς στρατιῶτας ἀπαντῶν
ἐπαυμένους κακῶν, καὶ πυθόμενος ἐμῶν παρ' αὐτῶν, ὡς καλῶς ἐπὶ τῆ
καταπρωμαθῶς ὄντας ἐτι πρὸς τὸν αἴρα τὴν ψυχὴν ἐρυγῶν, ἀλλὰ μὴ πρὸς κύμα
χανόντας. τύτες αὐτοφύης Ὀμηρίδας ἐνόμισα, καὶ ἐδέμην τῶ δόγματι.

§. 31. Sed omninò verius est, milites hoc fecisse, quòd satius esse
|| ducerent, *militarem* s) mortem, vel magis *naturalem* certè t) obire.
Quis enim credat, huic hominum generi ultrò in mentem re tam an-
cipiti venisse, quòd subducto diu supercilio ad excusandum Homeri
versum interpres quondam aliquis elucubrasset?

s) Juxtà rationem primam §. 7. Quam nec Taubmannus ad Culic. p.
327. nec Nannius VII. misc. 2. licet Synesium probent, planè dissimu-
lant, mortem illam *heroicam* vocantes. t) Juxtà rationem secundam §. 12.
cui favent ipsa militum verba, licet aliò rapiat Synesius, & cum eo Cerda
f. 25. ad I. Æn.

§. 32. Enim verò, quoniam testatur Eustathius u) Homeri de (*occafio*
|| Ajacis morte versum illum in re gravi adeò simplicem atq; affecti- *erroris.*)
|| bus vacuum veteribus visum, ut mirati sint, eum Aristarchi obelum
|| effugere potuisse: nihil similius est vero, quàm Græculum aliquem
|| nugacem, ut isti censuræ occurreret, gravem emphasin tum in ver-
|| bo ἀπόλωλεν excogitavisse, tum in causâ, quæ sequitur, ἐπεὶ πέν
|| ἀλμυρὸν ὕδωρ. Cui commento testorium à philosophiâ, quæ *igneam*
|| animæ substantiam profiteretur x) emendicari decuit. Ac perierat,
|| opinor, tam nobile arcanum y), nisi Servius ac Synesius cum aliis
|| suis nævis z) ad nos transmisissent.

u) ad Odyss. d. v. 511. f. 1506. τῦτον τὸν σίχρον φασὶν οἱ παλαμοὶ εὐ δέμειν
ἐκδόσει φέρεσθαι διὰ τὸ λῆαν εὐτελῆς, διὸ θαυμάζουσι, πῶς ἔλαθεν Ἀεΐταρχον
ὀβελισμῶν αὐτὸν, ἔχει δὲ ἐντέλειαν ὁ σίχρον ἐδ' ἀ τὴν φράσιν, ἀλλὰ διὰ τὸν νῆν,
(perperam hoc in vertit Spondanus ad h. l. Homeri f. 57.) μὴ χεῖναι γὰρ δὲ
κῆι ἀπαθῶς ἔτω τὸν πρῶτῃ φράσιν, καὶ ὅτι ὡς εὐ ἀσεισμῶ. x) Nam Hippo-
nis quidem dogma, animam *aquam* esse differentis (Arist. I. de animâ 2.
Nemes. περὶ φύσ. ἀνθρ. c. 2.) assumi hanc in rem non potuit. Multò minùs
Platonis, animam substantiam *immaterialem*, ἐσίαν νοητὴν, (Nemes. d. l.)
desinientis. Cujus de animarum æternitate librum Ambraciota Cleome-
brotus cum legisset, ἐ muro se in mare abjecit, (Lactant. III. 18. Cic. I.
Tusc. p. 166.) nimirum ut immortalis citò heret. *Igneam* ergò animam sta-
tui oportuit. Quanquam ne sic quidem desit Aristarchis fortasse, quòd ve-
lut ineptum veru configant. Cur enim hâc in causâ ὕδωρ ἀλμυρὸν vocat Ho-
merus? Cur non aptius quæsit epitheton? constat siquidem *salsâ* maris
aquâ

aquâ potius ali incendium, quam extingvi, (Camerar. I. succis. 26.) Et
folis, qui non minus animâ igneus est, alimentum esse humidam essenti-
am, maximè *salsam* (άλμυρον,) juxtâ Homerum asserit Heraclid. Pon-
ticus in alleg. Homer. p. 68. lat. (p. 355. græc.) Repete §. 17. g. 7) Sanè
apud Eustachium & Didymum *ἡ δὲ γῆ* hujus est glossæ. 2) *Servium* *com-
mentatorem* *sepius otiosum* vocat Kipping. I. antiq. Rom. I. p. 22. *Ex
eburneâ portâ multa illi excidere somnia viri docti jam observarunt*, Bochart.
Part. II. Hieroz. f. 208. *Synesium* Cyrenensem episcopum, nisi jecari fore
te ad frahem. voluit, mireris ab ordinatione recentem (in hoc enim tem-
pus navigationem illam ejus & epistolam conjicit Petavius f. 48.) *terreri
potuisse talibus nugarum quisquiliis*. Sed magis mirum est, sacro eum, cum
resurrectionem nondam crederet, lavacro tingi potuisse, (Evagr. I. Eccl.
hist. 15.) Tantas in eo radices egerat Gentilismus, Cujus in hac etiam Epi-
stolâ reliquias notes, ut cum initio loci præsentis nescio quem Philosophiæ
Deum (suprà §. 23, b.) cum postea Xenium (ὁς οἶδεν ὁ ξένος p. 36. ed.
Naog.) jurat.

contrâ
recentio-
res.

§. 33. Progrediendum jam est ad *recentiores*, qui veteri somnio
novos tibicines ex aliis, quàm Servius & Synesius fecerant, scripto-
ribus eunt suppositum. Ubi quidem non est cur *Pedonis Albinovani*,
Seneca, *Guil. Britonis*, *Athenagora*, *Ovidii*, aut similes loci à quibus-
dam a) huc adaptati sed à nobis jam suprà b) expositi nos morentur.
Verus eorum sensus facilè suâ luce falsum obscurabit.

a) Delrio, Farnabio, Barthio, Petavio, Bodino, Merulâ, Amerpachio,
suprà §. 5, d. 13. t. u. 16, d. b) f. 10, 12, 13.

Bersma-
num;

§. 34. Alius *Ovidii* locus ex eadem est Elegiâ, c) quem è Synesio
Bersmannus d) illustrare tentavit, non sine veri aliquâ specie, si pri-
mam frontem aspicias. Ait enim: *Opprimet hanc animam fluctus*.
Verùm quia postea e) fatetur Poeta, se à Diis quoq; maris *ad Sty-
gias undas mitti* potuisse, nihil certius, quàm *animam de vitâ corpo-
ris f)*, non de alterâ hominis parte exponi debere.

c) I. Trist. 2. v. 35. d) ibi p. 301. e) v. 65. *Mittere me Stygias si jam vos
lisset ad undas Caesar, in hos vestrâ non egisset ope*. Totâ Elegiâ Deos maris
& Cæli alloquitur. f) Ita rectè Jac. Pontanus f. 62. *Qui cum Cerdâ ad I.
Æn. v. 102. f. 24. docebit, bonis scriptoribus animam usurpare pro vitâ
non esse insolens*. Sic & sacer Evangelista Joh. 10, 11. ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν
ψυχὴν αὐτῆ (Luth. sein Leben) τίθει ὑπὲρ τῶν αἰβάτων. Similiter ergo
exaudiendum & illud Papinii: *merges hanc animam*, suprà §. 9.

Delrium;

§. 35. Ex iis, quibus Synesium ac Servium juvare voluit *Delrius*
g), reliquum fecimus nobis solum *Alexandri Ætoli* ex Eroticis Par-
thenii h) carmen i), ubi versio interpretis Cornarii, quæ puto sub-
merfi

merfi Anthei exitium k) sonat, virum doctum videtur decepisse. Quis si reliqua saltem vel ejusdem versionis verba perpendisset, quæ unâ cum Antheo narrant *Orcum adiisse* suspendio voluntario extinctam Cleobœam, facile intelligere poterat, à Græci Poetæ versibus adeò nihil esse illi causæ præsidii, ut eam jugulent potius.

g) Comm. in Senec. Agamemn. p. 500. 501. ubi Senecæ ac Pedoni Albinovano, (à quibus §. 10. nos absolvimus,) socium addit Alexandrum Ætolum. h) Histor. 14. de Antheo. i) E septendecim Alexandri distichis solos tres ultimos versûs unâ cum interpretatione Jani Cornarii, (hic enim edidit Basileæ A. 1531.) exhibet Delrius. Summa narrationis hæc est: Antheus regii generis ex Halicarnasso adolescens Phobio Milesiis imperanti obses datus fuit. In hujus amore Cleobœa Phobii uxor incensa cum pudicum juvenem frustra sæpè sollicitasset, libidine in iram versâ vas aureum puteo iniecit, Antheumque id ejus rogatu extrahere volentem gravi saxo injecto demersit, ipsa præ sceletis, præve redivivi amoris impatientiâ laqueo collum induit. Hæc Alexander Ætulus sub Apollinis, ut apparet, personâ tanquam rem futuram prædicens ita finit: καὶ τοῦ ὁ μὲν ζῆλον πολλὸν ἀπυμύσται (perperam apud Delrium legitur, ἀπὸ σόματῳ,) Ἡλίου δὲ γάστρι τὸ μεμωμένον, ἢ δ' ὑπὸ δεξιῶν ἈΨαδρῆν σὺν τῷ βίσηται εἰς αἴθρη. i. e. Et tunc hospitum ille multò miserrimus (Antheus) sepulchrum tumefaciet fatale, (aquam) Ipsa verò (Cleobœa) collum sibi necans cum ipso in orcum descendet. Nescio cur Cornarius futuri temporis verba, quæ in præcedentibus servaverat, hic in præterita mutaverit, ita reddens: Sicque ruit præcepit hospes in exitium Infelix undas tumulum sortitus: at ipsa Collum fune ligans huic comes orcum adiit. k) Vox hæc in græco non est. Et si esset, ad corpus trahenda foret, non ad animam, ut illa λευγαλέῳ §. 29.

§. 36. Infirmitatem testimoniorum à Delrio citatorum videtur agnovisse Jo. Ludovicus de la Cerda l). Igitur nutanti argumento alia circumspexit fulcra. Exploremus quàm firmam. Et Cerda.

l) ad I. Æneid. v. 97. f. 23. ubi cum causam perorasset, Delrii testes in alium locum (puta f. 24. ad v. 102.) rejicit. Vide supra §. 10. l. m.

§. 37. Initio trahit huc illud Heracliti m), ψυχῆσι θάνατῳ ὕδατος γίνεσθαι: animis aqua est mors. Unde hanc lectionem hauserit, videat ipse. Apud Clementem quidem Alexandrinum n) pro γίνεσθαι scriptum reperio γενέσθαι o). Præcedunt autem & sequuntur ea, quæ dubitare nos non sinunt, sermonem Heraclito fuisse non de animæ in aquis extinctione, sed de elementi in elementum transmutatione p). Vertendum ergò: Aeri q) mors est, fieri aquam.

C

m) quædam

m) quem supra §. 17. e. tradidimus animæ substantiam igneam dedisse.
 n) VI. Strom. f. 250. ed. Heins. o) nec aliter apud H. Stephanum p. 131.
 poes. Philos. qui loci Heraclitei mentionem addit fieri à Proclo etiam &
 Philone. p) Præcedit de eadem transelementatione locus Orphei, à quo
 sua furatum esse Heraclitum significat Clemens. Heracliti autem reli-
 qua verba, Cerdæ omiſſa, ſunt: ὕδατι δὲ θάνατον γῆν γενέσθαι, ἐκ γῆς δὲ
 ὕδατος γίνεσθαι, ἐκ ὕδατος δὲ ψυχῆς. Max. Tyrius diſt. 25. p. 257. ex Heracliti
 ſententiâ: Ζῆ πῦρ τὸν γῆς θάνατον, καὶ ἀπὸ Ζῆ τὸν ἀπὸ γῆς θάνατον. ὕδαρ Ζῆ
 τὸν ἀπὸ γῆς θάνατον, γῆ τὸν ὕδατος. Quem ad locum Heinius in notis p.
 110. gemina profert ex Antonino. q) ψυχῆς ἀπὸ τῆς ἀέρος hic poni evin-
 cit vel collatio locorum parallelorum lit. præc. Græcorum exemplo et-
 iam latini animam uſurpaverunt pro aere. Hinc Marcus Meſſala apud
 Macrobiū I. Sat. 9. p. 212. aqua terraq; vim gravem, ignis atq; animæ le-
 vem dicit. Lucret. lib. I. p. m. 103. Et qui quatuor ex rebus poſſe omnia ren-
 tur Ex igni, terrâ, atq; animâ procreſcere & imbrî. Ciceronem quoq; ſic lo-
 cutum docebit Nizolius, & Caſtig. in l. Tuſc. Viſtorius p. m. 503.

§. 38. Excitabit aliquis in nos fortasſe Porphyrium r) & Ariſtidem
 Quintilianum s) qui illud Heracliti: ψυχῆς τ) θάνατον ὑγρῆς γενέ-
 θαι, animabus mortem eſſe, ſi ſiant humida, ad animas hominum tra-
 hunt. Sed hi aut vim inferunt ſenſui u), aut duos Heracliti oportet
 eſſe locos diſtinctos x). Neq; tamen ipſa eorum interpretatio cau-
 ſam Cerdæ adjuvabit: ſiquidem comparant illam gnomen cum aliâ
 ejuſdem Heracliti, quæ animam ſiccā ſapientiſſimam eſſe pronun-
 ciat y): ſenſum autem eſſe volunt, animam quamdiu pura eſt, atq;
 in æthere degit, ſiccā eſſe, vereq; vivere, illapſu in corpus hume-
 ſcere ac mori.

r) de antro Nymph. p. m. 256. s) lib. III. de Muſicâ p. 106. t) Marc.
 Meiboni. not. ad Ariſtidem p. 307. pro ψυχῆν, quod erat in codicibus, le-
 gendum putavit ψυχῆς. Ego dativum pluralem ψυχῆς prætulî. Sic
 enim planè eſt apud Porphyrium. Quem ex Ariſtide vicisſim emendo, &
 è verbis, τέρψιν μὲν θάνατον, priora duo, quæ ſenſum planè contrarium
 reddunt, expungo. Id vult velut ex Heracliti mente Porphyrius, ani-
 mas, dum corporibus illabuntur, ex igneis humidas fieri: hunc illapſum
 verò mortis eſſe aliquam ſpèciem, ab animabus tamen errore quodam
 deceptis eum ceu rem bonam appeti, (conf. Virgil. VI. Æn. v. 751.)
 τέρψιν δὲ εἶναι, inquit, αὐταῖς τὴν εἰς τὴν γένεσιν πῶσιν. Sciolus aliquis,
 qui abſurdum crederet, eandem rem & mortem, & voluptatem eſſe, τέρ-
 ψιν vocem ad præcedentia quoq; tranſtulit, illiq; mortem oppoſuit.
 u) ſi eundem Heracliti locum & Clemens & Ariſtides adhibuit, ut Meibomio
 d. l. placet. x) Hoc ut verius putem, movent me verba, quæ apud
 Porphyrium de τέρψιν adduntur, Clementinis planè diverſa. y) ἐν ἄεθρῳ
 ψυχῆς

ψυχὴ σοφωτέρη. Sic habet Porphyrius p. 257. Heraclitus ipse dixerat, quod perinde est, ἢ ψυχὴ σοφωτέρη. Atq; sic ē Plutarcho apud Aristidem quoq; legi rectè jubet Merbomius. Fuerunt, qui siccam animam hīc interpretarentur sobriam; Vid. Adr. Jun. Cent. III. Adag. I. Hi ergo mortem animæ humidam nihil aliud esse dicerent, quàm ebrietatem. Sed ne hoc quidem Cerdæ placeat x) Secundum Platonis philosophiam hæc dicuntur, cujus Porphyrium & Aristidem studiosos fuisse, & ad eam rem aliorum Philosophorum placita traxisse liquet.

§ 39. Pergamus in Cerdâ: *Ad hanc veterum, inquit, persuasionem pertinere arbitror Plutarchi locum de primo frigido a), ubi ait, Homerum non fabulosè, sed physicè opposuisse fluvium Vulcano, Neptunum Apollini: atq; Æschylum dixisse: πᾶνε ὕδατος δῖον πυρρός: compeisce aquam ignis pœnam. Itaq; hoc naturali involucro aspirarunt illi ad explicandas inimicitias aqua cum ignea animâ. Additq; apud Persas fuisse supplicandi genus acerrimum & securum repulsa, si supplex cum igne in fluvium descendens minaretur, ignem se in eum abjecturum, nisi impetraret, quod petebat. Fiebat enim compos voti, sed puniebatur propter comminationem, utpote injustam & natura contrariam. Qued tametsi conferri queat ad ignem Deum Persarum, non video, cur non etiam ad rem, in qua sum. Verum est, legi hæc omnia, & plura b) penes Plutarchum. Sed eadem non alium in finem differuntur, quàm ad probandum, aquam esse igni, primo calido, contrariam, adeoque primum frigidum. Sub hoc involucro animam igneam, & ejus mortem latere, mera Cerdæ est hariolatio, cui paria reddere cuius in promptu sit c).*

a) f. m. 950. b) ut illud Archilochi: alterâ manu aquam ferebat, alterâ ignem. Item proverbium de re impossibili: ignem aquâ misces. c) Si Cerdæ licuit in igne animam, cur nobis non liceat in aquâ ebrietatem exaudire, vel quodvis vitium animæ inimicum, & moraliter letale, per dicta §. præced. lit. y.

§. 40. Speciatim de *Homericâ fabulâ* monemus, nihil minus ab interpretibus ex illâ erui, quàm extinctionem animæ d): cui aliàs neutiquam patrocinari Homerum supra e) demonstratum est.

d) Inter alia Deorum paria Neptunum Apollini, Vulcanum Scamandro fluvio in favorem Græcorum contra Trojanos tendentium disidentes fecit Homerus Iliad. v. v. 67 73. eo exitu, ut Scamandrum Vulcanus penè exureret, contra cum Nepruno congregi Apollo detrectaret, Iliad. φ. v. 356. 467. Nimirum superiores esse, qui stabant à Græcis, decebat.

Jam in eo consentiunt Plutarcho brevium Author Scholiorum in Iliada f. 335. & Heraclides Ponticus in Alleg. p. m. 67. 69. lat. (græc. 354. 356.) quod per Apollinem & Vulcanum ignis, per Neptunum & Scamandrum aqua designetur, pugnantia videlicet elementa. De animæ verò morte altum apud omnes est silentium. e) inprimis §. 27.

§. 41. *Perfarum* verò mos ille supplicandi minax, ad religionem gentis, ignem pro Deo veneratæ, referri non tantum potest, sed omninò etiam debet f): Cur ad rem possit, quam Cerda vult, nihil causæ est, nisi probet inter alia prius, *Perfas* animabus ortum ex igne, interitum aliis è casibus nullum, ex aquâ certum dedisse.

f) Vide Briffon. II. de Regn. *Perf.* p. 164.

§. 42. Si qua talis persuasio unquam hæssisset gentibus, mirum, quod ex omni antiquitate produci nemo potest, quem in aquis perituum isto nomine genus hoc mortis abominantem scriptor aliquis fecerit: quod ne quidem eo ipso epigrammate, quod aliàs ad *Servii* commentum alludit, ausus est *Pierius Valerianus* g).

g) Sic enim alloquitur *Mich. Marullum*, quem in Volaterrano inflator solito amnis *Cecina* fallente equum cæco vado suffocavit: *Cur adeò fluctus contrà conaris? inundis Oppetiisse horres cur Helicon exatus? Igneus ut gelido vigor extingvatur in amne Forte times? at qui sæpè fit ignis aqua.* Facit autem respondentem *Marullum*: *Non hoc, inquis, habet malè me. Quòd miles & acer Sim, doleo: sub aquis militem obire pudet, &c.* Vid. *Paul. Jov.* in *Elog. doct. vir.* n. 28. p. 68. *Pierium* ipsum lib. II. de literat. infelic. p. m. 115.

Conclusio. §. 43. Nos, quia invento illi *Virgilius* pariter & *Homerus*, ad quos aliàs provocatum erat, reclamant, quia nec ratio solida, nec idoneus ullòs testis favet, concludamus, indignum illud esse, quo chartas innocentes commaculent in posterum eruditi.



COROL-

COROLLARIA.

- I. **H**ominem aquis suffocatum ab eo, qui mortuus demum in proflicentem abiectus est, distinguunt venter aqua plenus, os spumans, mucor ex naribus profluens, livor in digitis. Vid. Roderic. à Castro lib. IV. Medici Polit. c. II.
- II. Anima humana propagatur per traducem à parentibus.
- III. Hoc non obstante est immortalis.
- IV. Nam si tradux obsisteret immortalitati, esset hoc inde, quia duo ista conjungere Deus aut non posset, aut non vellet.
- V. Sed neg, non potest. Nullam enim ista conjunctio contradictionem implicat.
- VI. Neg, non vult. Velle enim, ex historia creationis pulchrè probant Theologi.
- VII. Quare ut immortalitatem animæ nemo negat Christianus:
- VIII. Ita semper sunt in Ecclesiâ reperti, qui traducem defenderent.
- IX. Quod fecerunt Patres non Occidentales modo:
- X. Sed etiam Orientales.
- XI. Fatemur interim, non defuisse qui contrà sentirent, gravissimos quosdam Doctores. Sed quid eos impulit?
- XII. Ethnici animæ immortalitatem cum traduce conciliare non poterant.
- XIII. Igitur qui traduci animas credebant, simul eas faciebant mortales, ut Epicurus.
- XIV. Qui immortales, traducem ex parentibus negabant, ut Plato.
- XV. Sed iidem traduci eas putabant ex ipsâ Dei essentiâ.
- XVI. Quæ opinio simul alios quosdam errores attraxit:
- XVII. Puta, quod animæ præexisterint corporibus:
- XVIII. Quod in eo statu peccaverint conversione ad materiam:
- XIX. Quod corporibus non nisi in damnum ac pœnam jungantur:
- XX. Quod unaquævis cum suo corpore non faciat unum per se magis, quàm faciporosus cum suo ergastulo:
- XXI. Hoc est, quod homo non sit aliquod ex animâ & corpore essentialiter compositum, sed anima sola:
- XXII. Quod resurrectio corporum vel nulla sit, vel si sit, non faciat ad statum hominis beatum.

- XXIII. Porro cum Platonicam philosophiam ceteris Græcorum sectis, anteferrent veteres Christiani, Epicureæ præsertim, quæ semper illis detestabilis visa:
- XXIV. Factum inde inter alia, ut quidam à traduce abalienarentur.
- XXV. Inter quos Origines omnes propè Platoniorum errores suos fecit:
- XXVI. Merito suo, quicquid obnitatur Petrus Halloix, inter hereticos relatus.
- XXVI. Ergò cur istorum autoritas movere nos non debeat, causa sic dicta est.

CONSALINO MEO

ob Beatissimum Genitorem, & Sedata studia
magnoperè dilecto

SUB

EXCELLENTISSIMO PRÆSIDE,

In QVO LIPSIACUM *Batavo* certat in *Gallia*,
& cum Gallo in *Bataviâ*,

FELICITER DISPUTANTI:

Mors sub Aquis visa est horrenda Heroibus Ipsis!
Cur TIBI CORFINI, Res placet horribilis?
Sed benè! *Præclarus Genius non mergitur undis.*
Quin vivit VIRTUS, spernit & usq; *Necem.*

P. L. M. Q.

Elias Sigismundus Reinhart
SS. Theol. D. & Rector
Universitatis.

Præfocaturis Tibi mors miseranda sub undis
CORFINI, docto grammate dispicitur.

Res

Res est terribilis. Verum laudabilis iste
Conatus tuus est, terribilisq; minus.
Ecce vices etiam! Corpus se mergit eorum,
Sed fama emergit nobilis inde Tibi.

D. Gottfried Welsch, Medic.
Facult. Senior & P.P.

Mors eadem, sed non est mortis prodromus idem,
Horridior mimo est prodromus iste suo.
Unde operæ pretium est, inquirere in abdita mortis,
Quæ facies lethi sit metuenda minus.
Hoc facis egregio, Juvenum doctissime nisu,
Ceu, quæ propugnæ, tmemata docta probant.
Hæc animo pergas porrò indagare sagaci,
Hujus enim merces magna laboris erit.

*In honorem pereximii Domini Respondentis,
Auditoris sui assidui, Amici suavissimi,
apposuit.*

MARTINUS FRIDERICUS FRIEß/
Ph. & Med. Doctor, Facult. Med.
Aff. & Profess. Publ.

Est anime CORFINE tua vigor igneus, ortum
Qui trahit è cælo non moriturus aquis.
Rectè igitur damnas deliramenta Synesi
Qui lymphis animas posse perire putat.

Gratulabatur

M. JO. OLEARIUS, Prof. publ.
Collegii Maj. Princip. Collegia-
tus, Facult. Phil. h. t. Decanus.

Fata manent omnes, sed disjunctissima, quorum
Vix aliquis possit numerum subducere; merfi
Fluctibus undarum, quam ratione supremam
Exhalent animam, medicorum & acuta Sophorum Dogma-

Dogmata complexus, magni Patris, optime fili,
Indagare studes: FELICITER exeat, opto,
Quod bene coepit opus duce CHRISTO, & praeside claro
Thomasio, multum toto plaudente Lycéo.
Ipse secutus in hoc decretum ingentis Erasmi,
Non male denatum credo, qui vixit honeste.

Hamb. III. Non. Aug.

Amoris atq; benevolentiae causa

clō. Ioc. LXVII.

f.

JOACHIMUS HENNINGIUS, Gustrov.

a & w.

Freund/den mir neulich erst das Glücke zugeführet/
Nim von versprochner Treu ein schlechtes Merckmahl hin.
Das Freundschafts-Feuer wird zwar nicht hieraus gespüret/
Denn solches kanstu recht sehn in der Seele glühn;
Doch bin ich höchst bemüht die Zinsen zu entrichten/
Kan gleich d er Haupt-Stamm nicht seyn völlig abgezahlt.
Bergmüg' in dessen dich mit diesen Winter = Früchten
Bis mir ein Sonnenschein den trüben Muth bestrahlet.
Denn wil ich dein Gemüth und seine Tugend loben
Mit welchen reichlich dich der Höchste hat beschenckt.
Izt schau ich höchst = erfreut auß den gelehrten Proben/
Die du uns offenbahrst / was vor ein Geist dich lenckt.
Mann sage was man wil Gelehrte werden bleiben
Solange Phoebus noch ins Meer zu Bette geht.
Ihr eingesamlet Gut kan keine Noth auffreiben/
Weil selbiges nur bloß in Wissenschaft besteht.
Fahr fort/ ergöze dich mit weiser Leute Schrifften
Die zu der Ehren-Burg die rechten Flügel seyn/
Durch diese kanstu dir ein stetes Denckmahl stifften/
Dass nach dem Tode dich auch läst am Leben seyn.

Mit diesem sehr schlechten wartete seinem hoch-
werthen Freunde auff

CHRISTIANUS Ovecker/

J. U. Studios.

F I N I S.

DD A 6358

ULB Halle 3
002 920 387




sb.

1077

Reho ✓

511 R





Fragment of text on the spine, including a prominent red initial 'H'.



Q. D. B. V.
 EXERCITATIO PHILOSOPHICA
 DE
MORTE IN UNDIS,
 contra Servium & Synesium,

Quam
 Inclytæ Facultatis Philosophicæ
 in Almâ Philuræâ

permissu & Autoritate

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI

M. JACOBI THOMASII,

Eloquent. Prof. Publ. & Minoris Principum
 Collegiati,

DNI. PRÆCEPTORIS atque PATRONI
 sui omni observantiæ cultu plurimum
 devenerandi,

*Publicæ Eruditorum disquisitioni
 exponit,*

Die 14. Augusti ANNO Epochæ Christianæ
 M. DC. LXVII.

SIMON CORFINIUS, Hamburgensis.
 H. L. Q. C.

L I P S I Æ,
 LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

Jl Casparus Jun.

